BIBLIA LATINA, BD. 2
Salzburg (?), 2. Viertel 14. Jh.
Seite 300v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

et pro his qui sunt laodocie et qui
ierapoli omnes sunt. Salutat
uos lucas medicus karissimus et demas.
Salutate fratres qui sunt laodocie
et nympham et que in domo eius est
ecclesiam. Et cum lecta fuerit apud uos
epistola facite ut et in laodocensium
ecclesia legatur: et eam que est laodice
sium uos legatis. Et dicite ar
chippo. Vide ministerium quod acce
pisti a domino ut illud impleas.
Salutatio mea manu pauli. Me
mores estote uinculorum meorum. Gra
tia domini nostri ihesu cristi uobis
cum. Amen. Incipit prologus in
epistolam pauli ad thessalonicenses

Thessalonicenses sunt ma
cedones qui accepto uerbo
ueritatis perstiterunt in
fide etiam in persecutione ci
uium suorum. Preterea nec recepe
runt falsos prophetas. nec ea que a
falsis apostolis audierunt. Hos col
laudat apostolus scribens eis ab ath
henis per tithicum et onesimum. Non
solum in omnibus ipsi perfecti erant
sed et alii eorum uerbo profecerant
et exemplo. Laudando ergo apostolus
eos ad maiora prouocat et inuitat.
Incipit Epistola pauli ad thes
salonicenses

Paulus et siluanus et
tymotheus ecclesie the
ssalonicensium in deo
patre nostro et domino ihe
su cristo. gracia uobis et pax a
deo patre nostro et domino ihesu
cristo. Gratias agimus deo semper
pro omnibus uobis memoriam uestri
facientes in orationibus nostris sine in
termissione memores operis et fidei uestre
et laboris et caritatis et sustinencie
spei domini nostri ihesu cristi ante
deum et patrem nostrum. Scientes
fratres dilecti a deo electionem uestram
quia euangelium nostrum non fuit ad
uos tantum. sed et in uirtute et in spi
ritu sancto. et in plenitudine multa
sicut scitis quales fuerimus uobis
propter uos. Et uos imitatores nostri
facti estis et domini. excipientes uer
bum in tribulacione multa cum gau
dio spiritus sancti. ita ut uos facti si
tis forma omnibus credentibus in
macedonia. et in achaia. A uobis enim
diffamatus est sermo domini. et non
solum in macedonia et in achaia. sed
in omni loco fides uestra que est ad
deum perfecta est. ita ut non sit nobis
necesse quicquam loqui. Ipsi enim de uobis
annunciant qualem introitum habu
imus ad uos. et quomodo conuersi
estis ad deum a simulachris. ut ser
uiatis deo uiuo et uero et expectan
tes filium eius de celis. quem sus
citauit a mortuis. ihesum qui eri
puit nos ab ira uentura. amen.
Nam et ipsi scitis. II
fratres introitum nostrum ad uos.
quia non inanis fuit. sed ante passi
et contumeliis affecti. sicut scitis in
philippis. fiduciam habuimus in
domino nostro loqui ad uos euan
gelium dei in multa sollicitudine. Ex